ORIGENES. MARCUS FRATER
Admont, 2. Hälfte 12. Jh.
Seite 89r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26142
Copyright: Admont, Benediktinerstift

israel. quem percussit eum in uia cum ascen
derent ex egypto. Nec autem uade
& percute amalech et anathematiza
omnia quecumque habet & non parcas. sed inter
fice omnis auro usque ad mulieres. &
paruulos. lactantes. & tauros. &
greges ouium. & camelos et asinos. Et
precepit saul populo. & inspexit eos in
galaam. ducenta milia peditum. &
tria milia uirorum exiuda. Et uenit
saul ad ciuitatem amalech. & insidi
as posuit in ualle. et ait saul ad cy
neum. Vade tu. & discede de medio
amalech. ne forte & tu adicia
ris cum ipso. Tu enim fecisti misericordiam
cum omnibus filiis israel. cum ascenderent
de terra egypti. Et discessit cyneus
de medio amalech. Et percussit saul
amalech a heuila usque sur. quae est contra
faciem egypti. & cepit agag regem
amalech uiuum. omnem populum eius ana
thematizauit in ore gladii. & pep
cit saul. & populus regi agag. et seruau
it omne quod bonum erat ex ouibus. & bubus.
& quod fecunda erant ex omnibus pecudibus
bonis. et noluerant ea exterminare.
sed omne quod fuit contemptibile & despec
tum. hoc anathematizauerunt. Et fac
tus est sermo domini ad samuel dicens.
Penitet me quia unxi saul in regem
super israel. Et hic quoque observa quomodo
dominus per prophetam regi saul preceptum ut
expugnaret amalech. non parcat
cuique ex eis. Et quomodo pepercit regi
amalech agag offensam incurrit
inexpiabilem. ita ut adhoc usque per
moueret dominum ut contra quem recepit
illa nata diceret. penitet me quod
unxi saul in regem. Non quoque expedit
nobis parcere illi quod declinat populum
& ablingit & deuorat illum scilicet
inuisibilem amalech quolentibus
ascendere de egypto. id est demun
di huius tenebris euadere. atque
ad terram repromissionis contendere.
resistit in uia. et impugnat nos.
& si inuenerit nos lassos ac de
fectos. ut et aspicientes. atque in
ultimis & in cauda positos ab
scidit nos et perimit. & ideo tenden
dum semper in mente est. in pascha festi
nandum. immo et in uertice
montis ascendendum. & semper le
uandem sunt oracionibus ad celum
manus ut ita demum uincat amalech
& cadat. Si autem scire quo